

Christus solus
ad vitam.

[E G O sum ostium.] Est Christus non solum ostium ad doctrinam spiritalem, ut dictū est, sed etiā ostiū est ad Patrē & bona Patris cōmunicada filijs: quę sunt, iustitia, salus, & vita eterna. Ac si diceret: Si qs Patri se oblatū iri desyde- rauerit, E G O sum ostiū, quo datur aditus, & ingressus ad immolandum Patri. Extra me. nō est Patri grata hostia. Nemo putauerit, qualibet magnificis, suis viribus se asse- quenturū iustitiam, salutem, & vitam æternā sine Christo.

Christus pro-
missis nos ad
se inuitat.

[P E R me si quis introierit.] Pollicitationibus, & di- tissimis promissionibus à premijs, & cōmodo Dominus ad suas caulas nos inuitat, vt suorū bonorū nos partici- pes gratis efficiat. Magna profectō Christi liberalitas, qui quū planē agnoscat nos nō posse alia via, quā per se, ad Patrē ire, seipsum vt ostiū, & ianuā credētibz aperiendā, gratis offert. Siue enim pastor esse velis, siue ouis, nō est tibi salutaris aditus ad Ecclesiā, ac regnū cælorū, nisi per Christū. Rogabis: Quid est Per Christū introire? Respō- deo: Qui credit in Christū, is introit ad viā enim Euan- gelij, ac Dei Patris cognitionem peruenit: Christo se to- tum cōtradit, & cōsecrat, quem certō apud se statuit esse ostium, hoc est, eum esse, qui est nostra iustitia, salus, & vita: eum, inquam, esse, per quem pacatum habemus Pa- trem, & in quo recipimur à Patre vt Filij.

Introire per
Christum.

[S A L V A B I T V R.] Spiritalis illius introitus, hoc est, fidei viā (quę Christū pro ostio recipit) effectus, est ipsa salus, siue salutis æternę assequutio.

Ingrēdi.

[E T ingreditur.] Non solum hoc pastore saluabi- tur sed etiam tutus (cui non erit periculum à furibus, & latronibus) I N G R E D I E T V R in caulas, fruiturus orio foelici contemplationis. Huic erit certa volūtatis diuinę cognitio, & notitia certa vię ad salutem.

Foeli.

[E T egreditur.] Ingressus, corde credit ad iustitiā: egrediens ore confiterur ad salutem. E G R E D I E T V R, proditurus officia charitatis: siue foris bene operabitur, & cōfitebitur Christū esse ostiū, & viam ad salutem. Aut ingreditur in caulas cū fidelibus, quibuscum in Euan- gelio promouebit. Et egreditur, foras ad infideles, quos verbo ad salutē alliciet, nihil veritus tyrannorū minas, & verbera. Acto. cap. 3. Ibant Apostoli gaudentes à conspe- ctu concilij, quonia digni habiti sunt pro nomine I E S U

con